

Abt Kaspar Aindorffer von Tegernsee an Nikolaus von Kues. Er dankt ihm für alle seitens des Kardinals erwiesene Güte, insbesondere für die geliehenen Bücher. Die Mitbrüder freuen sich bereits auf seinen baldigen Besuch. Der Abt beschreibt die künftige Ausstattung der für NvK einzurichtenden Klosterzelle. Er erklärt sich bereit, als Visitator zum Kloster St. Georgenberg zu gehen, obwohl er sich wenig davon verspreche, zumal Hz. Sigismund einen recht lauen Bescheid geschickt habe. Hz. Albrecht bemühe sich eifrig, Mönche aus Tegernsee für Andechs zu erhalten, wo er ein Kloster errichten wolle. Er selbst und die Mitbrüder seien aber einer Verpfanzung abgeneigt.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, SiB, Clm 19697 f. 49^r-50^r.

Druck: Vansteenberghe, Autour 126-128 Nr. 12; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 120-122 Nr. 35a.

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 121-123 Nr. 35b.

Erw.: Gismann, Beziehungen 606; Treusch, Bernhard von Waging 50; Ziebarth, Faith and Intellect 166f.

Reverendissime et graciosissime pater, cum filiali semper humilimaque recommendacione totius quod sum, et ultra.

Vestre p. reverendissime scripta flammigera²⁾, que verum et magnum paternitatis dignantissime ad me non meritum gratuum pretendunt ac nimis graciosum affectum, gaudenter cum reverencia suscepit ⁵ digna, cum eisdem non modicum devotorum quorumdam exhilarans mentes et corda, cum quibus Deo, a quo et in quo bonus est omnis qui bonus, laudes retuli simul et grates. Quia mea scripta, quamvis inculta, vestre r. p. grata fuere, dignacio permaxima est, michi vero de mea ruditate confusionis rubor. Denique dignacionis benevolencie necnon benignitatis, hoc est benignitate caritatis, in librorum tam ¹⁰ liberali communicacione multiplicem una cum fratribus experior effectum. Ipse bona queque rependat, qui potens est, et sanctum nomen eius³⁾. Ego vero et fratres mei per id, quod sumus et possumus tante dignacioni precibus devotis et obsequiis multis plena voluntate studebimus compensare. Et utinam plurima quantumvis gravia impendere possemus, que utique omnia v. reverendissime p. intuitu nobis levia forent et gaudiosa.

Ceterum de vestre r. p. transitu⁴⁾ per nos omnes letantur, sed eo non plene, quo citius hinc erit ¹⁵ recessus, qui eciam obstat ad presens cellam parari. At vero, dum viri dei transitum eiusmodi deo dante frequentari contigerit, parabitur cella, lectus sternetur in ea, ponetur cum candelabro mensa, aptabitur sella, sed et queque necessaria fuerint aut accommoda, celle custos invisus procurabit et afferet abunde. O utinam et ego incola celle aliquando efficerer dignus, det deus.

Preterea iubet paternitas v. reverendissima me die signato venire ad montem etc.⁵⁾, qui si sit talis, de ²⁰ quo inquit propheta: „mons dei, mons pinguis, mons uber et coagulatus“, „mons, in quo est domino complacitum habitare in eo“⁶⁾, libens annuo imperio paterno. Quod si pax non sit advenis, immo nec incolis ipsis, et fuerit forsitan cum scorpionibus habitatio⁷⁾ eius aliquatenus in eum descendat, illuc non placet ascensus, sed et grave insuper, nec ros aut imber⁸⁾, sed et grave ei imponitur onus, cui ventus omnis contrarius est semper multum nocivus. Verumtamen ea, que reverendissimus pater precepit, nisi ²⁵ omnino corpus defecerit, adimplare curabo, eciam fructu consequente minimo vel nullo. Quod eatenus addo, quia nec credo nec spero rebus in monte ut nunc stantibus quitquam efficere posse, et erit fatigacio frustra. Nam mutacio, que foret necessario fienda, visibiliter fieri nequit. Igitur etc. Denique illustris princeps, dominus meus gloriosus dux Sigismundus, michi scripsit satis tepide⁹⁾ et suam sane dedit intelligere voluntatem bonam; cuius scripti copiam vestre r. p. cum presentis transmitto.¹⁰ Qua lecta et ³⁰ intellecta poterit p. vestra r. michi graciam prestare et renunciare cum presentis, que letius exopto audire. Attamem vestre r. p. benelicitum proprio commodo semper antepono. Cui, prout dignum, quamvis indignus ac etiam diutina consuetudine corporaliter infirmus¹¹⁾, omni tempore devotus parebo. Dei fiat voluntas. Amen.

In stat assidue et pulsat frequenter ac nimis sollicite illustris princeps, dominus dux Albertus etc. per se ³⁵ ipsum et in personis mediis apud me ex parte montis Andechs¹²⁾, ubi abbaciam aut prioratum cum nigris monachis erigere contendit, pro concedendis et dirigendis illac fratribus, sed hactenus obtinere non valuit nec verisimiliter obtinebit. Fratres etenim difficiles sunt ad deserendum monasterium et me. Sed et

⁴ affectum: effectum Vansteenberghe.

ego invitus ac nisi coactus eos alienos facio a me. Nempe bonum est nobis in domo dei simul unanimes habitare. Preterea duos de novo colligere vel tres quam unum deserere paratior sum etc.

¹⁾ *Terminus post quem ist 1454 Februar 12 (Nr. 3826). Der Brief wurde vor Nr. 3874 verfasst, für den wiederum Nr. 3875 den Terminus ante quem liefert.*

²⁾ *S.o. Nr. 3826.*

³⁾ *Lk. 1,49.*

⁴⁾ *Auf der Reise zum Regensburger Reichstag Ende April 1454. Vgl. Nr. 3938.*

⁵⁾ *Die Benediktinerabtei St. Georgenberg; s.o. Nr. 3794-3796.*

⁶⁾ *Ps. 68(67),16f.*

⁷⁾ *Vgl. Ezk. 2,6.*

⁸⁾ *Vgl. Jes. 55,10.*

⁹⁾ *S.o. Nr. 3794.*

¹⁰⁾ *Dieses Exemplar scheint nicht erhalten; vgl. Nr. 3794.*

¹¹⁾ *Zum fragilen Gesundheitszustand Aindorffers vgl. Vansteenberghe, Autour 128f. Anm. 3, der chronische Kopfschmerzen diagnostiziert. Vgl. auch Treusch, Bernhard von Waging 50. Aus diesen Gründen musste der Abt die Teilnahme an der Visitation letztlich absagen; s.u. Nr. 3874.*

¹²⁾ *Zu diesen Plänen Herzog Albrechts III. von Bayern-München s.o. Nr. 2457, 2628f., 3378. Zu einem möglichen Besuch des NvK in Andechs im Herbst 1453 s.o. Nr. 3659 Anm. 2. Zum Fortgang s. künftig AC II 3 zu 1454 September 9.*